

Friedrich Clatte Johann Jacob Behren von

## **Disputatio Iuridica De Homicidio**

Rostochii: Richelius, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747329567>

Druck Freier  Zugang







N. N. — 2 (139.)



1. Conradi, de voluntate testatoris dubia ob errorem in nomi-  
num vel demonstratione heredis aut legatarii commissum.
2. Conradi, qua cautione de non amplius turbando in judi-  
cis possessoris usu fore recepta pertractatur.
3. Conradi, de modo servando in legatorum piorum in-  
terpretatione.
4. Conradi, de civitate nova.
5. Conradi de regno et tyrannide.
6. Cothmann, de delictis privatis.
7. Cothius, de venditionibus honorum.
8. Cramer, de minoratu in familiis illustribus.
9. Heineccius, qua uxor romana per propter auptias  
donationem de alimentis fecura tantum.
10. Serdes, assertationes juris publici.
11. Kress, de debitis ex feudis praecipue pomeraniae sol-  
ventibus.
12. Wernher, de successione in simultaneam investituram.
13. Rivin, de prerogativis auditorum cambialium pra-  
citurographarum.
14. Rivin, thesium juris controversi secundum Ordinem Dig.  
CXXXVIII — CXCVIII.
15. Rivin, de patre vel marito impensas in personas risue  
uoris vel liberorum factas repetente.
16. Rivin, de nationis venditionis et alienationis natura  
ac differentia.
17. Rivin, de praedibus quae vulgo Laß - Güter appellan-  
tur.



18. Rivin, de finibus juris naturalis et civilis.
19. Rivin, de eudematis in materia possessionis et  
compossessionis.
20. Rivin, debitor delicatus in contrario fiduciae judi-  
cio ex mente Ulpiani ad l. xxv. D. de pign. act.
21. Clafen, de consuetudinibus.
22. Clatten, de homicidiis.
23. Clatten, de testamentis.
24. Clodius, quid patrono ecclesiae debeat minister?
25. Cludius, de publicis judiciis.
26. Cluten, de testamentis quam tam ordinandis  
quam in firmandis.
27. Coecejus, de regali posterum jure.
28. Coecejus, de principio juris naturalis univo, vero  
et adequato. pars prior.
29. Coecejus — — — — — pars altera.
30. Ludvig, de iure circa hypothecam de principio  
juris naturae ejusdem vindicatio.
31. Coecejus, resolutiones dubiorum circa hypothecam  
naturam de principio juris naturae.
32. Coelestino de usufructu.
33. Coelestino de libello Lamoso.
34. Coelestino de potestate dominica veteri et hadicora.
35. Coelestino, de potestate maritali et <sup>di</sup>matrimonialis.
36. Coelestino de potestate patria et aliis liberis.



DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**HOMICIDIO**

Quam

DEO ASSISTENTE

*Permissu Amplissima Facultatis Juridicae, in  
florentissima ad Varnum Academia patria*

SUB PRÆSIDIO

DN. FRIDERICI GLATTEN

J. U. D. Reverendi Consistorii ac Judicii Provincialis  
Illustriss. Ducum Megapol. Advocati & Procuratoris,  
Patroni summè venerandi,

*Publicè Doctorum amico examini submittit*

JOHAN JACOB von BEHREN.

Die 31. Julij in Auditorio Majori horis  
consuetis matutinis.




ROSTOCHII.

Typis Johannis Richelij Senat. Typogr,

ANNO M. DC. XLVII.

22 51.  
*Præstantissim.  
mum ac Eximium  
um D. N. Hen-  
ricum Schmitt  
rum L. Schütz  
sum et Prolyt  
amicum meum  
fraterno amore  
prosequendum ad  
opponendum et  
i. q. s. i. v. i. t. a. t.  
Autor et Resp.  
2.*





VIRIS

*Magnificū, Nobilissimū, Amplissimū,*

DN. JOHANNI COTHMANNO Jcto ce-  
leberrimo, atq; Illustrissimi Reverendissimi & Celsissi-  
mi Principis ac Domini, DN. GUSTAVI ADOLPHI Ducis Megapo-  
lensis &c. Cancellario gravissimo.

*Uc Et,*

DN. LAURENTIO STEPHANI, J. U. D.  
& in inclyta Rostochiensī Universitate Professori  
eminentissimo, atq; Cancellariae Gustroviensis Directori  
longe dignissimo.

NEC NON

VIRIS

*Amplissimū, Consultissimū, Excellentissimū,*

DN. FRIDERICO CORFETEN, J. U. D.  
Reip. Gustroviensis Consuli & Syndico meri-  
tissimo, ac Practico eximio,

DN. JACOBO STURZIO J. U. D.  
& prædictæ Celsitudinis Fiscali vigilantissimo,  
ac Practico solertissimo.

DN. JOHANNI GERDES J. U. D.  
Causarumq; Patrono & Advocato Feli-  
cissimo.

DN. DAVIDI SCHUTZEN, prædictæ  
Celsitudinis Quæstori optime merito.

Dnns Mœcenatibus ac Promotoribus, avun-  
culo ac affinibus meis, omni obsequio officiosè colendis

*Disputationem hanc inscribo, utq; ac studia mea, debite  
animi submissione commendo.*

AUTOR & RESPONDENS,





Σὺν Θεῷ.

**C**riminum omnium secundum, quod post hominem a Deo creatum, in terra patratum est, fuit homicidium. Nam *πρωτόπλασων* nostrorum prævaricatio, primum læsæ Majestatis crimen fuit *Gen. 3.* atq; adeo omnium criminum fons & causa. Hinc Cain diro & impio scelere fratrem germanum Abelem occidendo, nefarium alterum Homicidii crimen subjunxit *d. Gen. c. 4. Damhard, in Pr. Cr. c. 67. n. 1. & 2.* Quumq; pro dolor exulceratis hisce temporibus, hæc atrox & pestilens interficiendi lues, belluinis perversorum mortalium moribus valde frequentetur, & disputationes, contentiones ac deliberationes gravissimæ inde cotidie oriantur: igitur animus nobis est, de hac materia sequentes theses, placido Dd, discursui submittere;

#### THESIS I.

Homicidium (ad quod coercendum Cornelius Sylla Dictator legem tulit *l. 2. §. capta. 32. vers. deinde ff. de O. J. vid. ad eloquentiam Ducem certissimum Cic. pro A. Cluent. c. 20. in pr. & Magistrum compositæ dicendi brevitatis Sveton. in Cæf. c. 11. in f.) in genere est hominis cædes. Estq; illud vel criminolum, vel non.*

2. Criminolum homicidium est publicum crimen *l. 1. ff. de publ. jud. Rubr. l. de pub. jud. qvo quis consulto & doloso occidendi animo hominem percutit l. 1. §. Divus 3. l. in lege 7. l. pen. ff. l. 1. C. h.*

3. Hominem autem intelligimus cujuscunq; sexûs, conditionis & ætatis *l. 1. §. 2. ff. l. f. C. b. l. unde Neratius 23. §. si dolo. 9. ff. ad L. Aquil.* Omnes enim ad imaginem Dei figurati sumus *l. 17. C. de pæn. qui omnibus consimilem naturam, vitam & animam dedit l. hos accusare 12. ff. de accusat.*

4. Itaq; non ille solummodo extirpator generis humani perhibetur

A 2

tur



non o dubite de remane scilicet  
appellatione ginant. l. i. q. a. d.  
in dubio hoc vocat, opor. g.  
at q. so. m. b. i. respondant  
l. i. 38. §. 5. ff. de homi.  
ubi separat malic ab  
Jornal

mur homicidioq; obvinctus est, qui masculo, qui nobili, qui libero, qui  
adulto vitam eripit: sed & qui foeminam ( quæ hominis appellatione  
continetur l. hominū 17. ff. d. v. s.) qui plebeium, qui servum sive pro-  
prium sive alienum, qui infantem interimit Gen. 9. v. 6. Exod. 20. v. 13.  
& 21. v. 12. Num. 35. v. 30. & seqq. l. 1. §. 2. l. circumcidere 11. §. 1. v. 2.  
ff. & l. pen. C. h. t. l. inde 23. §. si dolo. 9. ad L. Agv. l. 1. C. de emend. ser-  
vor.

5. Immo qui animatum foetum in utero materno necat, homici-  
da est l. si quis 38. §. qui abortionū 5. & l. seq. ff. de pœn. c. si aliquis, 5. X.  
de homic. Const. Crim. Car. V. art. 131. & 133.

6. Sic quoq; illum qui *αὐτοχειραν*, malâ conscientia ductus, ex-  
ercet, homicidam recte dicimus Exod. 20. vers. 13. l. liberorum 11. § non  
solent. 3. ff. de hu qui not ant. infam. l. 3. ff. de bon. cor. qui ante sens. Const.  
Crim. ars. 135. quum Dominus suorum membrorum nemo videatur  
l. liber homo 12. ff. ad L. Agvil.

7. Nec interest quo teli (quod vocabulum quam in jure significa-  
tionem habeat v. §. item lex Cornelia 5. l. de P. J. l. 223. §. telum 1. ff. de  
V. S.) genere homicidium fiat, gladiione an fuste. Nam qui ense aliove  
instrumento ad faciendam cædem idoneo verberaverit: is indubitate  
voluntate & animo occidendi id admisisse creditur l. 1. §. Divus 2. ff. h.

8. Quod si baculo, clavo aut cucuma, aut cultello domestico,  
cæsim, non punctim, vid. patrem veritatis Bartol. ad l. 1. n. 2. & l. f. ff. ad  
L. Jul. de vi publ. quis percusserit; tum quod hæc instrumenta ad aliam  
usum, quam ad cædem sint facta, non videbitur animo occidendi (nisi  
contrarium circumstantiæ svadeant) percussisse d. l. 1. §. Divus 2. ff. h.

9. Porro species criminosi homicidii sunt tres. 1. Homicidium in  
specie ita sumtum, 2. Veneficium, & 3. Parricidium:

10. Estq; Homicidium in specie, quum quis extraneæ personæ te-  
lo vitam adimit, qui in jure à fica (significationem ejus v. §. 1. de P. J.)  
ficarius pe. hibetur 1. ff. & C. h.

11. Homicida alius proprie talis est, qui hominem verè, & quidem  
per se occidit l. 1. in p. §. 3. ff. h; alius pro homicida habetur l. al. & l.  
nihil interest 15. ff. h.

12. Genus Prohomicidarum verò est triplex. Primum continet  
eos, qui ipsi quidem aliquem immediate interficere student, sed volun-  
tate

Si hinc d. uncat. 20. et  
21. liquet vos vno impo-  
lare l. de lo. x. p. i. p. a. v.  
Osp. l. cu donationis 34. C.  
l. v. n. a. a. t. si volenti §. fit in  
v. n. a. utiq; et is sibi o. f. a.  
de injuria §. suatus et  
volentus se inficit. At. v.

namiat. Bartolū patrem  
Veritatis o. disputabo an ully  
eo hunc tit. merat. ca  
as hōes sint mandacay sed  
irapā modo §. 25. ubi  
p. p. e. s. e. v. o. b. i. s. e. q. u. o.  
st. a. n. t. q. u. o. h. a. r. p. i. a. t. r. a. t.  
crim. i. d. i. c. i. t. u. r.  
Aut. q. v. e. s. t. r. a. o. p. i. n. i. o.  
p. e. r. a. a. u. t. B. o. l. i. s. i. v. e.  
h. e. a. v. o. v. a. f. a. l. s. a. d. h. a. i. q.  
o. S. i. h. i. v. e. r. a. f. e. l. s. a.  
o. v. e. d. r. a. 25.



rate exitum non habente, ut sunt cum telo hominis occidendi causa  
ambulantes l. 1. in pr. ff. l. u. qui 7. C. h. §. s. l. de P. J.

13. Secundi generis Prohomicidæ sunt, qui operam dant, ut quis  
non à se immediate, sed alio modo communi luce privetur; ut sunt I.  
Magistratus qui publico iudicio præfunt, si operam dant, quò quis fal-  
sum iudicium profiteatur, ut quis innocens conveniatur & conde-  
mnetur l. 2. in pr. ff. b. aut quando II. Magistratus iudexvè quæstionis  
sub capitalem causam pecuniam accipit, ut quis publica lege reus  
fiat, d. l. 1. §. 1.

14. Et non immeritò ille sicarius perhibetur, qui mortis causam  
præbet, quamvis non occidat, ut est III. mandator, IV. auxilium & o-  
pem ferens l. nihil interest ff. b. l. non ideo §. C. de accus. V. consilium  
præbens VI. nuncius scienter literas homicidii portans Damh. Pr. Cr.  
6. 70. n. 5. & 9. VII. falsum quoq; testem qui linguæ suæ veneno ad  
iniquam condemnationem quemquam adigit, IIX. falsaq; iudicia con-  
sistentem, confitentem curantem, subornando videlicet testes, qui  
falsum testimonium perhibeant, quò quis innocens publici iudicii reus  
fiat, & capitis damnetur l. 1. §. 1. l. 3. §. item u. 4. ff. l. 6. C. h.

15. Caterum ex numero secundi generis Prohomicidarum est IX.  
qui servum sine iudice ad bestias depugnandas vel dat vel vendit l. cir-  
cumcideret §. 1. & 2. ff. b. X. qui naufragium suppressit XI. qui sciens  
passus familiam suam adipiscendæ, recuperandæ possessionis causa  
arma sumere XII. qui autor seditionis fuit, quò quis interemptus est l. 3.  
§. item 4. ff. b. XIII. qui liberos exponunt in locum solitarium & à  
conspectu hominum remotum, infantes præsertim sanguinolentos,  
ut inedia pereant, vel à bestiis consumantur l. nihil interest 15. ff. b. l. 4.  
ff. de agnosc. liber. Const. Car. V. art. 136.

16. Tercio sub genere Prohomicidarum comprehenduntur illi  
qui libidinis vel promercii causa hominem castrant, l. 3. §. item 4. l. 4.  
§. f. qvithlibias faciunt l. 5. aut filios suos circumcidunt l. circumcidero  
§. 11. ff. b.

17. Jam de pœna homicidarum videamus. Homicidæ in honore  
aliquo positi, olim ex L. Corn. & consuetudine post obtenta, insulæ  
deportatione, & omnium bonorum ademtione: humiliores verò ca-  
pite plectebantur l. 3. §. legis l. pen. ff. b. Jure novo autem iustinianeo

ob l. nihil interest  
15. ff. ad l. Corn. d. si  
tibi 3. q. nihil tangit ca  
cipat qd an mortis cau  
beat, si hoc veru vo  
stru, assertu falsu  
qu: dicitur qd occidit



v. §. item lex. r. j. de p. j. & l. si qvii. 8. C. h. jureve imperii per Const. Cr. art. 137. gladio ultore feriuntur, qvæ poena juri divino consentanea est. Gen. 9 v. 6. Exod. 21. v. 12. Num. 35. v. 16. & 30. Matib. 26. v. 52. Apocalyps. 13. v. 10.

18. Plane voluntarii homicidæ, ut publici & famosi latrones, qui in viis publicis homines ferro aggrediuntur, Jus justinianum furcæ affigendos constituit. in l. capitalium 28. §. famosos 15. ff. de pen. jure Carolino rotæ tunduntur C. C. art. 137. & jure justiniano in d. l. 28. §. 15. quodammodo moribus recepto, rotæ ipsi, & plerumq; iis in locis ubi grassati sunt, imponuntur, ut & conspectu deterreantur alij ab eisdem facinoribus, & solatio sit cognatis & affinibus interentorum eodem loco poena reddita. Quin & apud multos inolevit, ut post executionem peractam, ad majorem atrocitatis detestationem, appendere soleant rotæ eadem instrumenta, quibus atrocitatis commiserunt, aut similia indicia, aut baculos, quibus pertransenti commonstraretur atrocitatem, aut commissa homicidia juxta numerum baculorum v. *Damb. Pr. Cr. c. 88. n. 7.*

19. In homicidio in personis in dignitate versantibus, in suo Domino, &c. commisso, poena exasperatur, ita ut candentibus forcipibus ejusmodi violatores generis humani adurantur, & trahæ impositi ad locum supplicii ducantur, ibiq; gladio si homicidæ, vel si latrones rotæ tundantur *Const. Cr. d. art. 137.*

20. Qui malâ conscientia sui ipsius homicida fit, is ignominiosâ sepulturâ afficitur *c. placuit 12. cau. 27. q. 5.* & consuetu luctu plangendi non est prosequendus *l. liberorum 11. §. non solent 3. ff. de hi qui not. infam.* At jure Saxon. aliisve locis receptum est, ut istius cadaver per fenestram aut tectum domûs, in qua sibi mortem conscivit, vel funibus è domo non per ostium, sed per foramen & foveam sub limine domûs effossam extrahatur (utpote quod indignum sit ob propriæ vitæ extinctionem, eodem ostio & limine egredi, per quod vivum valens exiverat) & trahæ impositum per carnificem in locum infamem bestiarum cadaveribus destinatum, exportetur, & inibi projiciatur, aut dolio inclutum in locum profluentem demergetur, vel in furca non patibulo suspendatur *Mej. in Coll. Arg. t. de bon. eor. qui aut. sent. th. r. Damb. in P. C. c. 90. n. 1. & 9.*

21, Inq;



21. Inq; reatu si mortem sibi intulit ob crimen, de quo convictus vitam amittat, tunc in illius bona heredes non succedunt, sed filio ea applicantur C. C. art. 135. & ibid. Gobl. cum quo concordat l. 2. & 3. ff. de bon. eor. qui. ant. sent. l. in fraudem 45. §. ejus bona 2. ff. de jur. fisc. l. 1. & 2. C. de bon. eor. qui. mort. sibi. Siverò per alium intervenientem prohibitus, quo minus nefarium ceptum compleverit, quamvis multis videatur ultimo supplicio dignus; tamen consuetudo obtinuit, ut citra mortem arbitrariâ pœnâ plectatur v. Damb. d. l. d. c. n. 14. in. f.

22. De pœna pro homicidarum primi generis v. th. 12. hoc tenendum, quòd jure Justiniano sit eadem, quæ ipsis homicidis est l. 1. in pr. & §. Divus 3. l. Divus 14. ff. l. in qui 7. C. h. §. item lex Cornelia 5. l. de P. J. l. aut facta 16. §. eventus 8. ff. de pœn. Damb. in P. C. c. 67. n. II. & seqq. Sed moribus nostris, & ex const. Carol. hujus improbæ voluntatis puniendæ rigor & asperitas ex causa relaxatur & remittitur & pœna arbitraria est. Damb. d. l. n. 9. VVes. h. n. 16. Duar. h. c. 2. vers. versio in & c. C. C. Car. V. art. 178.

23. Ex intervallo autem vulnerato mortuo utrum fuerit vulnus lethale nec ne? id juratæ Medicorum assertioni de credulitate committitur Gail. 2. O. III. n. 13.

24. Inter pœnam quoq; pro homicidarum secundi generis v. th. 13. & ipsorum homicidarum nulla est discrepantia; modò mors inde lecta l. nihil interest 15. l. 1. in pr. & §. 1. l. 4. ff. h.

25. Mandator cædis ceu ficiarius tenetur d. l. nihil interest. §. 1. ff. h. l. non ideo 5. C. de accus. l. 1. §. dejecisse 12. ff. de vi & vi arm. l. non solum 11. §. si mandatum 3. ff. de injur. l. si quò 7. §. ff. de Jact. Quando vero vulnerari tantùm mandavit, & mandatarius occidit, tunc arbitraria pœna mandanti est dictanda per l. qui injuria 53. ff. de furt. l. 1. §. Divus 3. ff. h.

26. Assassinator (qui aliquem Christianum occidi pretio mandat alteri) ut & assassinus, qui mercedem ad incautum miserè & subdolè opprimendum accipit, puniuntur pœna mortis c. 1. X. de hom. in 6. Et secundùm aliquos Assassini debent trahi ad caudam equi: alii dicunt quòd hodie Assassini per frustra sciuntur, & quòd judices hac pœnâ utuntur propter criminis immanitatem & ad terrorem aliorum, referente Claro in §. assassinum, n. 4. Quòd si quis quempiam Christiano-

sum

Quod 13 p. alia facta 13  
ipse fovera consensit  
72 d. 2. f.



rum per assassinos interfici, fecerit vel mandaverit, quamvis mox ex hoc non sequatur, tanquam Christianæ religioni æmulus, à toto Christiano populo perpetuo cum omnibus suis mundanis diffidatus est, *d. jam. c. x.* Et præterea nefarium hoc malum sc. assassinatum jura ad eo habent exofum, ut etiam fautorum bona filco adjicienda statuerint *l. 1. & 2. § Domini C. de hi qui latron. sape ab. Damb. in Pr. Crim. c. 85. n. 7.*

*De hi qui latron. sape ab. Damb. in Pr. Crim. c. 85. n. 7.*

27. Auxilium operæ ferens in homicidio! patrando ut principalis tenetur *l. nihil interest 15. h. vide legalis scientiæ armarium Bartol. in l. ù qui opem 34. n. 5. ff. de furt.* Non minus & is qui consilium dedit, quo fretus & adjutus quispiam alterum adigit neci, eam citra illius consilium non commissurus, is æque ut ille qui manibus patravit homicidium plectendus est *arg. l. 2. § incidit 13. ff. ad 8 Cr. Turp. c. periciose 23. de pœn. dist. 1. c. sicut dignum 6. v. qui verò & v. clericos c. de cast. 10. n. X. de homic. Dec. ad l. consilii 47. n. 4. ibiq; Cagn. n. 6. de R. J. De nuncio scienter portante literas mandatum homicidii continentes, securo tandem homicidio, idem judicium esto *Damb. in Pr. Cr. c. 70. n. 9.**

28. Falsidici testes qui adulterino testimonio aliquem ad iniquam condemnationem impellunt, lege quoq; *Corn. de sicariis tenentur l. 1. §. 1. ff. 3.*

29. Quam poenam sustinet servum ad bestias depugnandas datus vel vendens; item qui sciens patitur familiam recuperandæ possessionis causâ arma sumere, & qui naufragium suppressit *v. in l. ad tb. 15. ab. poena tamen eorum qui naufragium suppresserunt est mutata, ita ut pro re retenta, qui occuluit quadruplum dependeat per Nov. Leon. 64. inf.*

30. Autores seditionis, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tollentur, aut bestiis objiciuntur, aut in insulam deportantur, inquit *Paull. J. Ct. in l. si quis 38. §. autores 2. ff. de pœn.* immo afficiuntur etiam poena *L. J. Majestatis l. 1. §. 1. ff. ad l. J. Majest.* Constitutionibus verò Imperii, pro criminis ratione, nonnunquam gladio, interdum etiam si circumstantiæ mitigationem requirant virgiscadi, aut perpetuo exitio plectendi erint *C. C. art. 117. ibivè Zieruz.*

31. Generis tertii pro homicidarum, quorum mentio facta est *in sb. 16,* poenam luculenter tibi monstrabunt jura ibidem *all.*

32. Sequitur jam de altera criminosa homicidii specie, nimirum de *Vene.*



Veneficio. Hujus vocabulum generalius hic sumitur; tamq; pro eo, quod veneno; quàm aliis artibus magicis, hominis necandi causa præparatur, intelligitur. §. 5. l. de P. J. l. 1. l. 3. in pr. & §. 1. & 2. ff. h.

33. Veneficus itaq; est, qui hominis necandi causa venenum fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, per jura jam all. Unde *Const. Car. art. 37. in f.* sancitur: Pharmacopolas sub juramento promittere debere, quòd mala pharmaca, inscio magistratu distribuere vel dividere haut velint privatis aut aliis, quàm iis qui ea ad salutem componere possint. *v. ad d. art. Ziritz.*

34. Pigmentarii, qui alicui temere cicutam, salamandram, aconitum, pityocampas, mandragoram &c. dederunt inter veneficos rectè continentur *v. l. 3. §. 3. ff. h.*

35. Ex horum grege sunt etiam ii, qui sacra impia nocturnè ut quem obcantarent, interficerent, obligarent, faciunt, faciendè curant *l. ex Scito 13. ff. h. Paul. l. 5. sent. 1. 23. §. qui sacra impia, 9.*

36. Ut & qui magicis accinèti artibus contra salutem hominum aliquid moliuntur, ut aruspices, Mathematici, arioli, augures, chaldæi, saga, striges seu lamia & cœteri, quos maleficos vulgi consuetudine appellant *l. 1. 5. 6. & 7. C. de malef. & mathem. Paul. d. l. §. 11. Damh. P. C. c. 61. n. 80. & seqq.*

37. Non minus Veneficis annumerantur ii, qui philtum adde. flectendum pudicos animos ad libidinem propinant *l. 4. C. d. 1.* aut gravidæ mulieri abortionis medicamentum aut poculam dant *l. 3. §. 2. ff. h. l. 38. §. abortionis 5. ff. de pœn.* aut marem vel foeminam sterilem faciunt *Sanc. Car. art. 137. c. si aliquis. X. de homicid.*

38. Poena Venefici cujus in th. 33. mentionem fecimus, in mare est rota, in foemina aquæ suffocatio, aliudvè violentum mortis genus pro delicti & circumstantiarum ratione. *C. C. Car. art. 170.* Nec mirum quòd dicto jure, rotæ vel aquæ supplicio afficiantur, quum jure civili tantum poena gladii sit *l. 3. in pr. ff. h.* quia plus est hominem veneno extingvere, quàm gladio occidere, secundum *Imp. Anton. in l. 1. C. de malef. & mathem.*

39. Ultore ferro puniuntur quoq; Pigmentarii per *ll. in th. 34. all.* Illorum qui impia nocturnave sacra ad incantandum, interficiendum, faciunt, aut faciendà curant, supplicia dicunt tibi jura *in sb. 35. all.*

B

40. Ma.



40 Maleficos quos nominavimus in *l. 36. olim feralis pestis ab-*  
*sumabat l. 6. C. de malef. & mathem.* hodie illorum vita supplicio i-  
gnis eripitur *C. C. art. 109.* Si autem nemini qui magicis artibus uti  
sunt, nocuerunt, pro conditione causæ aliter puniuntur *d. C. C. jure*  
*fc. civili supplicium capitis gladio ultore sustinere coguntur l. 5. & f.*  
*C. de malef. & Mathem.*

41. Dolo qui abigit per escam aut potum partum mulieris vitalem,  
aut marem enervat aut foeminam sterilem efficit, si mas sit tanquam  
homicida gladio; mulier verò, etiam in proprium corpus hoc modo  
delinquens aequa suffocatur. Ast abacto foetu nondum animato & vi-  
tali, tunc quaesito Prudentum consilio puniuntur *C. C. art. 133. ibiq;*  
*Ziritz.*

42. Medici qui negligentius in cura versati sunt, aut dereliquere-  
rint curationem, aut non satis eruditi in arte sua medicando occide-  
rint, pro damni dati & aliarum circumstantiarum ratione, animadver-  
tendi suat. Quòd si verò sciens prudensq; Medicus hominem nece-  
verit, ut latronis (cui æquiparatur) poenam luat, necesse est. *C. Cr. art.*  
*134. & Ziritz eod. v. l. illicitas 6. §. sicuti 7. ff. de Off. Praef.*

43. Videamus etiam paucis de Parricidio. Hoc de nefando cri-  
mine Atheniensium. sapientissimus Legistator Solon legem non tulit:  
nam quum interrogaretur, cur nullum supplicium constitueret in-  
eum, qui parentem necasset, respondit, se id neminem facturum pu-  
tasse. Et Princeps Romani eloqvii Tullius, sapienter illum fecisse as-  
ferit, quum de eo nihil sanxerit, quod antea commissum non erat, ne-  
tam prohibere, quàm admonere videretur *v. Orat. pro Sext. Rosc. c. 15.*  
Hocvé impium & abominandum crimen apud Romanos sexentis an-  
nis inauditum fuisse testatur *Heig. p. 2. q. 35. n. 2.*

44. Ac quamvis parricidium propriè inter parentes & liberos  
tantum committatur, tamen usus obtinuit, ut etiam ad alias personas,  
quæ aut ratione sanguinis aut necessitudinis, ad parentum jura quam-  
proximè accedunt, extendatur. Hujusq; legis reus est: qui patrem,  
(nisi sit proditor patriæ, quem impune occidere possumus *l. minimi 35.*  
*ff. de relig. & sume. fun.*) matrem, avum, aviam, filium, filiam, nepotem,  
neptem, fratrem, sororem, patruem, matruem, patruum, avunculū,  
amicam, consobrinū, consobrinam, uxorem, virum, sponsum, spon-  
sam,



fam, generum, soorum, vitricum, novercam, privignum, privignam,  
patronum, patronam &c. occiderit, aut necari curaverit l. 1. l. 3. l. 4. ff.  
ad L. Pomp. de Parric. §. alia deinde 6. l. de P. J. Sic quoq; conscii par-  
ricidii etiam si extranei sunt, ut medicus aut pharmacopola poena par-  
ricidii tenentur. l. si sciente 7. ff. ad L. Pomp. de parici, Damb. P. C. 6.  
39. n. 6.

45. Propter atrocitatem nefandi hujus sceleris antiquitus Roma-  
ni singulare supplicium excogitaverunt: ut quos natura ipsa in officio  
retinere non potuisset, ii magnitudine poenae submoverentur, teste o-  
ptimo loquendi & agendi Magistro Cicerone in Orat. antea ad. d. c.  
Ille enim qui alicui ex linea ascendenti vel descendenti impias manus  
infert, & sic vitam aut armis aut veneno adimit, virgis sanguineis ver-  
beratus, in culeo insuitur, cum cane, gallo gallinaceo & viperâ, & si-  
miâ, inter feriales angustias comprehensus, secundum quod regionis  
qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem projicitur, ut o-  
mnium elementorum usu vivus carere incipiat, & coelum superstiti  
& terra mortuo auferatur l. poena parricidii 9. ff. ad L. Pomp. de Parricid.  
§. alia 6. l. de P. J. l. un. C. de hi qui parent. vel liber. occid.

46. Fata vero properans alicui, qui non parentum liberorumve  
loco habetur, sed alio cognationis vel affinitatis jure jungitur, is ex  
jure Justiniano poenam homicidarum, gladii nimirum sustinere cogit  
l. 1. & l. 9. §. 1. ff. ad L. Pomp. de parric. Quomodo secundum  
jus Carolinum v. art. 137.

47. Foemina quae infantem vivum & membris distinctis à Deo  
praeditum, clam & dolose occidit, viva in terram defoditur, & per  
medium corpus stipite peracuto adacto occiditur; vel etiam in aquam  
projicitur ad evitandum desperationis periculum. Si vero hoc teter-  
rimum scelus frequentius occurrat, ad terrorem incutiendum prae-  
dicta poena defossionis stipitisq; adactionis servatur: vel mulier aquis  
suffocanda, adhibito tamen Jctorum consilio, forcipibus candenti-  
bus laceratur. Const. Crim. art. 131. Hocq; usu moderno adhuc fre-  
quentius esse, isthac vivi hominis defossione & pali transfixione testis est  
ad d. C. C. Ziritz. De poena conjugem interficientis v. C. Kar. art. 137.  
S. und man mag.

48. Nunc quoq; de homicidio non criminoso & quidem intuitu



committentis paucis dicemus. Qui doli non capax hominem interficit, poenâ L. Corn. non tenetur: ut dormiens, furiosus, quem facti infelicitas excusat, & infans quem innocentia consilii tueretur. *Clement. e. un. de homic. l. infans 12. ff. ad L. Corn. de sicar.* Impuberem pubertati proximum doli capacem per *l. impuberem 23. ff. de furt. & l. pupillum 11. ff. de R. J.* & sic poenâ de commisso homicidio *l. impunitas 7. C. de poen. l. excipiuntur 14. ff. de Scto Silian.* sed mitiori efficiendum, non contra leges, earumvè rationes affirmamus *l. 1. §. impubes 32. & 33. d. 1. l. fere 108. ff. de R. J. v. Consil. Crim. art. 179.*

50. Qui capax doli, absq; tamen doloso proposito, alicui vitam adimit, facit id vel culpâ directâ in eum quem occidit, ut est ille qui per ebrietatem alicquem *l. omne 6, §. 7. vers. per vinum. ff. de re milit.* vel per lasciviam *l. 4. §. 1. ff. b.* aut quando maritus uxorem in adulterio deprehensam *l. 1. §. ff. b. occiderit.* De horum poena v. hic all. text.

51. Vel non directâ culpâ, ut si quis alto se præcipitans, superarium venit, eumvè occidat, aut si putator non præclamans ex arborum ramum dejicit, & prætereuntem interficit *l. 7. ff. b.* vel si defendendi mei causa lapidem in adversarium misero & sic prætereuntem interemerim *l. si putator 31. l. scientiam 45. §. 4. ff. ad L. Aquil. §. item si putator. l. ad L. Aquil.* Hic verò non criminalis sed civilis poena locum obtinet per jura in th. all.

52. Casu homicidium committit, proptereaq; excusationem meretur & absolvi debet, secundum Diocl. & Maxim. in *l. eum qui r. C. b. tonsor si in loco ubi homines tonderi solent, in sua nimirum tonsurina barbam alicui radens, alterius jactu vel percussione gulam alicui præcidat, aut sagittarius miles in loco qui ad exercitandum datus est alicquem occidat l. item 9. l. item Mela 11. ff. ad L. Aquil. §. itaq; 4. l. d. 1.* aut si putator ex arbore ramum cum proclamatione dejiciens, alicui necem inferat *l. si putator 31. ff. & §. 5. l. d. 1.*

53. Non criminofum homicidium intuitu occisi dicitur, quando aliquis stuprum sibi vel suis per vim inferentem occidit *l. 1. §. 4. ff. b.* vel qui in collustatione publica vel paneratio adversarium interficit *l. qua actione. 7. §. 4. ff. ad L. Aquil.* aut qui nocturnum furem si sine periculo ei parcere non possit *l. furem 9. ff. b.* vel diurnum telo se defendentem *l. 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.* cum clamoris testificatione, utraq; casu interimat *d. l. d. §.*

14. Ad-

*Quidam dicitur ad hunc modum ad hunc modum non potest. Atq; dicitur in præfatio de hinc non  
diligenter consideranda, ut si luculentus signi  
ficus in oculo calib. Rubrica sub actis, homicidii  
de demerit exonerat. Si legitimo modo inculpato  
non potest. Atq; dicitur in præfatio de hinc non  
cui potest ad hunc modum subactis & factis placet  
et hinc in hunc modum dicitur ad hunc modum  
Crispianus in gnomonibus dicitur ad hunc modum  
et hinc dicitur ad hunc modum*









**E**s wird jec sehr gemein/ Todeschlagen/ Hauen / Ste-  
cken

Der redet nichts als von lauter Hasserbrechen  
Ein ander rühmet sich/ der lässerlichen That/  
Wie manchen er durch List schon auffgeopffert hat.  
Wer einen vor der Faust ersticht und niederschläget  
Das ist ein Heldenstück / der weis daß er nicht trägt  
Den Degen nur zum Schein / und ist ein solcher Mann/  
Der den geringsten Schimpff auch nicht erdulden kan.

Mein JEsus was sagst du zu diesen Helden/ Thaten.  
Wie werden sie dafür in Pech und Schwefel braten /  
ob sie gleich offermals der Straffe hier entgehn/  
so müssen sie dennoch eins für Gerichte stehn /  
wenn du wirst dermahleins uns alle vor dich stellen /  
und ohne falsche List ein rechtes Urteil fellen/  
nicht wie zum offtern zwar hier auff der Welt geschieht/  
da man nach Gunst und Gele ein falsches Urteil spricht/  
Hie wird die Rains Art/ voll Höllen Angst und Schrecken/  
Euch Berge reden zu / daß ihr sie mügt bedecken  
und fallen über sie: Wol dem der dieß erwägt/  
und allhier einen Schew vor solchen Händlen trägt/  
Dieß thust du liebster Freund/ in dem wir von dir hören  
was dein Justinian und andre hiervon lehren/



Du bist vielmehr bemüht zu mehren diese Welt  
zu kempffen da kein Mann erblast zur erden felt/  
Die Liebste wartet dein/ ich weis ihr wird verlangen  
Daß sie dich/ und du sie/ von Herzen mügst umbfangen:  
Der Höchste wolle stets/ mit seiner Gnaden Schein/  
in allem was du thust/ in ämb und bey dir seyn.


Aus schuldiger Pflicht in eyl.  
verfertiget

von

M. Henrich Buchholz.











35. Coelestino, de potestate tutoria.
36. Coelestino, de rerum <sup>divisione</sup> ~~divisione~~.
37. Coelestino de acquirendo <sup>dominio</sup> ~~dominio~~.
38. Aglus, de militia romana.
39. Hane, sermones de tempore.
40. Jensen, de usu fortium in eligenda thalami consorte ad modum temerario pauca praefatus. etc.
41. Scharf, de coronatione imperatoria.
42. Scharf. de his quae quibus ac privilegiis fisci perperam accensentur.
43. Scharfenberg, de testamentis ordinandis.
44. Scharfenberg, de emptione et venditione.
45. Schaumburg, de testamento nuptiarum.
46. Ciesio, sociographia iudicii militaris criminalis ordinarii vulgo mersice — Rirings Gerüst.
47. Olafen, de actionibus.















DE ACTIONIBUS.

Medic. par. 2. qu. 2. n. 14. de Casib. fortuit. Priori  
L. Aquiliae. Thomæ c. 19. n. 23. de Noxia animal.  
actu ipso nocuerit l. 42. ff. de Edilit. Edict. & qu  
læsi. Nam solum factum habendi animal ferox  
cam ad pœnam non obligat. Gloss. ad l. 41. ff. de A  
vis solum obliget, si quis juxta viam publicam h  
vel suspensam, cujus casus nocere possit. §. 1. In  
si del. nasc. l. 5. §. 11. ff. de his, qui effud. Quando  
Edilit. condemnatio fieri possit, tamen illam  
probatio tam de damno facto, quàm de eo,  
circa viam publicam fuerit habitum. Quæ pr  
munem probandi modum per duos testes est fa  
de Testib. Ipsa condemnatio pro diversitate nox  
fa. Aut enim damnum datum est in persona  
in rebus.

Priore casu distinguitur ulterius: aut no  
homini, & tum condemnabitur dominus anim  
bonum & æquum fuerit visum, §. fin. Inst. h. t.  
Edict. computatis subinde mercedibus, quæ in  
gata, ut & impendiis in curationem factis, n  
bus caruit læsus & cariturus est. Aut liber homi  
ex hoc Edicto est popularis, quæ etiam compe  
quam hæredi, sed ut uni de populo, quantum v  
re volunt, præferatur. Fiet autem condem  
solidos, l. 42. ff. de Edilit. Edict. qui non tanqu  
poris liberi, sed tanquam mera pœna actori ap  
tur, l. 5. §. 5. ff. de his, qui effud. Aretin. ad §. 2.

Posteriore casu Reus condemnatur in dupl  
ult. ff. h. t. quod juramento actoris definiri pot  
vi. aut deficiente juramento à judice æstimari  
20. n. 8. p. 153. de Noxia Animal. Tandem paucis e  
quid actio Edilitia cum actione de pauperie co  
folet actionum concursus in Cumulativum &  
lativum dicitur non ratione libelli, sed ratione e  
ctus, quod actor duas actiones in solidum ita p  
una alteram neque tollat, neque diminuat.

U 3

157

actio §. 2.  
ferox  
pam  
publi  
nam  
itam  
qua  
dicto  
lebet  
ferox  
com  
extra  
liver  
, aut

libero  
judici  
Edilit.  
t ero  
, qui  
actio  
n tan  
i age  
entos  
o cor  
sidera  
42. §.  
unde  
mas c.  
num  
tingui  
Cum  
c effe  
e, ut  
ando  
actori

